

In nomine domini amen. Albertus dei gratia Thur(ingie) lantgravius et comes Saxonie palatinus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris | salutem in auctore salutis. Novercari solet notitie processus temporis, nisi gestis hominum lingua testium robur adhibeat aut scriptura. | Hinc est, quod universis Christi fidelibus cupimus notum esse, quod dominus Thimo de Liznic miles nobis dilectus ex nostra voluntaria permissione | conventuali ecclesie et fratribus beate virginis Marie in monte Aldenburc duas marcas reddituum annualium in moneta Aldenburc in proprium | dedit coram nobis perpetuo possidendas, quos redditus idem dominus Thimo in eadem moneta habuerat ab imperio ex antiquo. Quas duas | marcas monetarius civitatis in Aldenburc, quicumque pro tempore exstiterit, in festo beati Martini confessoris⁴⁾ annis singulis custodi | eiusdem ecclesie persolvere debebit. Reditus vero prefati in hunc modum predicte sunt ecclesie assignati, quod cum tribus fertonibus vinum et oblate sunt ad divinum officium perpetuo comparande et cum fertone in anniversario duarum personarum, videlicet Vlrici plebani de Esschen|welt et sororis Adelheidis de Scuicowe^{a)}, ministrabitur dominis annuatim. De residua vero marca consolationem in quadragesima sibi fratres | facient prenotati. Et ne prefata donatio eidem ecclesie in posterum aliquantulum infringatur, ipsam tenore presentis littere cum appensione | nostri sigilli duximus confirmandam. Acta sunt hec anno domini M^oCC^oLX^oIII^o^{b)}, indictione VII^a. Testes sunt: Gerhardus plebanus de Burnis, | Mathias plebanus de Scirnis, Iohannes miles de Remse, Fridericus miles de Minsowe, Eberhardus miles dictus Pusce-man, Henricus miles | de Studenschen, Henricus monetarius Aldenburgensis, Fridericus de Penic, Theodericus Gladiator et alii quam plures. Datum in monte | sancte Marie virginis in Aldenburc anno domini et indictione prenotatis, quinto nonas martii.^{c)}

(SP.)

234.

Landgraf Albrecht von Thüringen restituiert dem Grafen Erwin (III.) von Gleichen das Gericht über die Dörfer Töttelstädt, Zimmern(supra), Ufhausen, Bienstädt und Heubach, das sein Vater, Markgraf (Heinrich) von Meißen, diesem entzogen hatte, und verbietet seinem Richter in Gotha sowie seinen Leuten und Erben, den Grafen in seinen Rechten an dem Gericht zu beeinträchtigen.

233. a) sic AD, Scvicowe C, Suicowe B.

b) sic ABCD, statt M^oCC^oLX^oIII^o (siehe unten Anm. c).

c) Die Jahreszahl 1263 und das Tagesdatum März 3 stimmen nicht mit der 7. Indiktion überein, die in das Jahr 1264 weist (Indiktion 7 nach der indictio Bedana: 1263 September 24 – 1264 September 23). Da in dieser Angelegenheit eine weitere Urkunde überliefert ist, in der sich sämtliche Datierungsangaben in Übereinstimmung befinden (1264 März 27, Altenburg: actum Aldenburc anno gratie M^oCC^oLX^oIII^o, indictione VII^a, sexto kal. aprilis; Patze, Altenburger UB, S. 149 f., Nr. 201), und Landgraf Albrecht, der Aussteller von A, nicht im März 1263, wohl aber im März des darauffolgenden Jahres in Altenburg urkundete (siehe unten Nr. 234 und 235), emendieren wir, Dobenecker und Patze folgend, M^oCC^oLX^oIII^o in M^oCC^oLX^oIII^o und datieren A zu 126(4) März 3.

4) 11. November.